



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hebdomas Patientiæ Sive Methodus Facilis Totam Septimanam Inter Omnes Fortunæ, Ac Vitæ, Coeterosque Casus Humanos In Sancta Quiete, Pace, Et Patientia Transigendi Ex Consideratione, Imitatione Et ...

Dietmer, Georg

Moguntiaë, 1674

Reverendiſſimo Perilluſtri, Generoſo, ac perquam gratioſo Domino D.
Theodoro Casparo L. B. de Fürſtenberg, Eccleſiæ Metropolitanæ
Moguntinæ Præpoſito, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46586)



*Reverendissimo Perillustri, Ge-
neroso, ac perquam gratioso
Domino,*

**D. THEODORO
CASPARO**

L. B. de Fürstenberg, Ecclesiæ
Metropolitane Moguntinæ Præposito,
& Seniori, nec non Equestri ad S.
Albanum Canonico capitu-
lari &c. &c.



Non alium in sco-
pum rectius oculos
suos defigere poterat
Cliens Marianus *Re-
verendissime, Perillustri, ac
perquam gratiosè Domine, quam
in gentilitium tuum nomen. Ex
quo enim sacræ hujus sedis Mo-
gun-*

DEDICATIO

guntinæ Metropolitanum Ca-
 pitulum hunc *Principalem*
montem publico omnium ordi-
 num applausu, patriæque com-
 muni lætitiâ *in vertice montium*,
 Præpositum sibi constituit,
 facili aliundè præsidio egenti-
 bus exemplo fuit, ut, quem
 aquilini illi omni virtute, sa-
 pientiaque coruscantes oculi si-
 bi Præsidem statuissent, ad ejus-
 dem *Principalis montis* saltem ra-
 dices & ipsi velut minores lusci-
 niæ nidificarent, & protegeren-
 tur Ad Hunc igitur *mōtem* Reve-
 rendissime & Perillustri Domine
 opis indigus Cliens Marianus
 oculos suos levat, unde veniet au-
 xilium

DEDICATIO

auxilium sibi, speratque ut, quando
 gratiosissimo affectu suscipere
 jam tot es dignatus, eidem sub
 adiutorio tuo habitanti, ab om-
 nibus molestiis securò esse liceat.
 Ne vero tantæ gratiæ immemor
 omnino videatur existere, liceat
 saltem gratiosæ dexteræ exi-
 guum offerre munusculum hoc
 solo titulo acceptabile, quod
 Marianos dolores, in monte pe-
 tissimum exantlatos complecta-
 tur. Sic enim existimo, ut quem-
 admodum ex iis doloribus gene-
 roso animo perlatis Dei parenti
 virgini, cuius honoris, gloriæq;
 augendæ studiosissimus es, tan-
 tus gaudiorum cumulus enatus
 A 3 fuit;

DEDICATIO

fuit; Ita omnino fore, ut eorundem dolorum frequens recordatio, ac devotio Te inter complures agnatos tuos Tiaris, religione, virtute ac scientia illustrissimos, in monte qui Christus est, post Nestorios in hac vita transactos annos (quos ex animo precor & voveo) beatissimè, ac felicissimè deponat. Moguntia. 1674.

Reverendissimæ, Perillustris
& perquam gratiosæ tuæ
Dominationis,

Servus humillimus

GEORGIUS DIETMER S.J.